

Sechs Bischöfe am päpstlichen Hof, die in Konstanz beim Konzil weilen, verleihen den Besuchern an bestimmten Festtagen der Kapelle der Heiligen Jungfrau Maria in Triesen einen Ablass von vierzig Tagen unter den gewöhnlichen Bedingungen und bei Vergabungen von Almosen für die renovationsbedürftige Kapelle.

Universis<sup>a</sup> et singulis christifidelibus. ad quos presentes littere peruenerint. Nos Gentilis Neocastrensis<sup>1</sup>. Franciscus Tudertinensis<sup>2</sup>. Flamingus / Nolanus<sup>3</sup>. Johannes Boyganensis<sup>4</sup>. Nicolaus. Assiscinatensis<sup>5</sup>. Et Anthonius Cephaludensis<sup>6</sup>. Episcopy. apud .. / sedem .. apostolicam constituti<sup>b</sup>. — Salutem in domino sempiternam Splendor lucis eterne et speculum sine macula / dei filius Jhesus christus benedictus natus ex maria virgine. passus in cruce pro nobis peccatoribus Qui secundum suam misericordiam saluos nos fecit et / omnes homines vult saluos fieri et ad agnicionem veritatis venire cunctorum peccatorum veniam tribuendo et celestia regna fidelibus suis deuotis largiendo ministros suos / et cultores christianos cunctis decorando remediis sacramentalibus, Et saluando Thesauris preciosissimis ecclesie, Et Jndulgentiis ineffabilibus deuotionem ipsorum quasi quibusdam / alliaciendo muneribus. Vt eos efficiat celestis patrie possessores. Inuitare consueuit per sua dona gracias et munera ad debitum famulatum deo et virgini Marie et sanctis / omnibus Et peccatorum liberacionem, Celestisque patrie adepcionem et ut ipsius et sanctorum omnium preconium inplorantibus, Ac eciam ipsorum misericordiam inuocantibus riuulus / Clemencie noscatur cicius subuenire. Cupientes ut Capella Beate Marie virginis<sup>7</sup> in villa Treyssnen<sup>8</sup>; Curiensis dyocesis fundata que vt dicitur pluribus reparacionibus indiget / in tanto quod comode reparari nec sustentari possit nisi mediantibus christifidelium elomosinis magis a cetero honoretur<sup>9</sup> in ipsaque causa deuocionis affluat et iugiter ab omnibus / ueneretur ac congruis honoribus frequentetur et eciam conseruetur, deuocioque eorum augeatur,